

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1589. usque ad annum 1595 - Una Cum Criticis R.P.  
Honorati A S. Maria Carmel. Discalc. Observationibus In Historiam  
Ecclesiasticam Abbatis Fleurii

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1772**

**VD18 90118669**

§. 93. Tumultus Brunsvici, & Lipsiæ ad hæreticorum sectas excitati.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67252](#)

Sæcul. XVI. Cancellarius recipit: obtento igitur  
 A.C. 1593.  
 hoc diplomate Cardinalis Proponens in  
 duabus illis schedis, quas nominatus  
 subscripto suo nomine tradiderat, de-  
 bitti summam inscribit, easque suo si-  
 gillo firmat: ejusmodi quoque Decre-  
 tum, quod *contra-Schedulam* appellant,  
 Cardinalis Pro - Cancellarius conficit,  
 quo obtento demum Pontificiæ literæ  
 expediuntur. Ceterum Cardinalis Pro-  
 ponens, si Episcopatus redditus ad cen-  
 tum aureos ascendunt, quindecim au-  
 reos jure exigere potest: si vero ipse  
 met Pontifex proponit, tunc hoc jus  
 ad Secretarios Apostolicos devolvitur:  
 denique neo-assumptus Præfus ad suas  
 ædes reversus, atque Episcopali habitu  
 insignis, ac pileum viridi ora, ejusdem  
 que coloris cingulo ornatum gestans  
 summum Pontificem accedit, ad de-  
 osculandos Sanctitatis suæ pedes per  
 Palatii Magistrum introductus. Por-  
 ro deinceps indutus incedit superpellie-  
 ceo, quo ipsus Pontifex illum induit,  
 ac postea neo-electus Præfus præpri-  
 mis facri Collegii Decanum, ac deu-  
 que ceteros omnes Cardinales saluta-  
 tum procedit.

## §. XCIII.

*Tumultus Brunsvici, & Lipsiæ ob  
 hæreticorum sedas excitati.*

Interea

Interea tumultus Calvinistas inter, & Sæcul. XVI.  
 Lutheranos continuato furore in A.C. 1593.  
 Germania vigebant, unde non modo  
 famosi libelli, qui injuriis, & convitiis  
 ultra, citroque impactis foede scatebant,  
 utrinque spargebantur, sed etiam pluribus  
 in locis crudeles exercebantur vio-  
 lentiæ, ac præprimis Universitatis Lip-  
 siensis Scholares in eadem Urbe cuius-  
 dam civis ædes, quæsito obtenu-  
 quod ad ipsum quidam Helvetii diver-  
 tissent, deprædabantur, simulque in  
 publico foro patibulum erigebant, ad  
 quod præfatum civem suspendere de-  
 creverant, nisi prompta fuga vitæ suæ  
 consuluisset; unde Fridericus Guiliel-  
 mus Saxoniæ Præses ex his seditiosis  
 nonnullos castigare cogebatur, ut isto-  
 rum exemplo ceteri a vi inferenda ab-  
 sterrerentur: nec minus paulo ante iis-  
 dem tumultibus Brunsvicensis civitas  
 agitabatur; quippe in eadem urbe duo  
 famosi Præcones secta Lutherani acri-  
 ter in suis sermonibus invehebantur in  
 novitates, (\*) quibus juxta ipsos Cal-

B b 4      vinistæ

(\*) Perinde acsi Lutherorum dogmata  
 annosæ quercus ætatem æquassent, & nonnisi  
 paucos ante annos adhuc in suis cunabulis  
 vagiens Calvini novitates præcessisset: hinc  
 merito hi suis adversariis illud carmen acci-  
 nere potuissent: *Væ tibi, væ nigræ dicebat  
 cacabus olla.*

Sæcul. XVI. A.C. 1593. vinistæ religionem depravarunt: hisce vero declamationibus ambo hi Ministelli tantopere populum concitabant, ut cum Leyserus, ex hisce Præconibus unus instantे Administratore pro ordinanda illius Urbis Academia Wittembergam proficeret, seditiosi id astu ideo fieri interpretati, quatenus Calviniani per ejus absentiam facilius suæ perversæ doctrinæ virus spargerent, sperto Magistratu Michaeli Mäscum, & Hieronymum Nevenium urbis Syndicos ob id suspectos armis sumptis ad pœnam poscerent, & nisi ambo urbe ejercentur, se nunquam arma posituros responderent: ut ergo pax redderetur, Concionatoribus injunctum, ut deinceps in suis sermonibus majori uterentur moderatione: qua ratione deinceps populus magis pacatus, minusque ferox esse cæperat. (\*)

## §. XCIV.

(\*) Hæc Thuanus longe aliter refert, Lector autem benevolus facile suo judicio asseQUI poterit, cur Continuator plura omiserit, & alia depravarit: haud ergo inutile erit ipsa Thuani verba adducere. Administrator Ephoras, seu Superintendentes monet, ut curent, quatenus Concionatores populum in obsequio contineant, & in doctrinam improbatam invehi, tamque ex ambone publice confutare satis habeant;